



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 14. E Ciceronis Academicis emendatus locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Ioni.

In malam crucem islic ibiq. Iuppiter lenonius.

etenim extra portam Metiam habitabat carnifex: ibi comburebantur cadauera damnatorum. Unde in Casina:

Illum edepol videre ardentem te extra portam Metiam.

Credo ecastor velle.

Nunc igitur hæc, alia posthac, ut quidque occurrerit, proferemus.

E. Ciceronis Academicis emendatus locus.

CAPV T XIII.

Locus est Ciceronis ad finem libri primi Academicarum quaestionum, deprauatus ille quidem in omnibus libris, sed cuius ita facilis emendatio est, ut diu piguerit me eam in litteras referre, cum putarem ita obtusum neminem fore, quin eam facile videret, si paullulum animum aduerteret. Nunc cum videam, neque hominem cruditissimum Turnebonum qui eleganti sanè commentario librum illum illustravit, neque alios qui postea Ciceronem à se, ut ipsi quidem putabant, nam quid præstiterint, videbimus emendatum ediderunt, quidquam de mendo cogitasse, indicabo eum, & purgabo, ne diutius macula illa in tam polito scriptore hæreat. Verba autem, quae dico, Ciceronis hæc sunt: *Cum Zenone, inquam, ut incepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non per nacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed rerum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorantiam adduxerant Socratem, veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes panè veteres, nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Hinc Cicero. Sed quomodo, quaeso, Socratem amare po-*

tueraut Democritus, Anaxagoras, Empedocles, & veteres illi, qui antè, vt opinor, mortui erant, quàm auia Socratis nasceretur? An in re perspicua nihil pluribus verbis opus est? Neque enim quemquam posthac dubitaturum existimo, quin ita legendum sit: *Quæ ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, velut iam antè Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes panè veteres.* Vt significet illam confessionem ignorantie non à Socrate primùm inductam, sed multo ante eum à veteribus prolata fuisse.

De locis quibusdam è Truculento Plautina.

CAPVT XV.

Versus hi sunt ex Truculento:

Ru manè dudum hinc ire me iussit pater.

Vt bubus glandem prandio depromerem.

Post illuc veni, quàm aduenit, si dis placet,

Ad villam, argentum qui meo debebat patri:

Qui ouis Tarenti erat mercatus de patre.

Querit patrè. dico esse in vrbe. interrogo quid eum velit.

Homo crumenam sibi de collo detrahit:

Minas viginti mihi dat. accipio libens.

Condo in crumenam. ille abiit. ego perperaminas

Ouis in crumena hac in vrbem detuli.

Quis autem est, qui diuinare possit, quas dicat oues perperaminas: sed nimirum corruptus est locus. legendumque hoc modo:

ego properè minas

Ouis in crumena hac in vrbem detuli.

De pecunia enim, id est de illis viginti minis, quas pro ouibus acceperat, ita vt de ouibus loquitur; eadem urbanitate, qua viginti item minas pro asinis acceptas vocat alibi asinos.

Q3

Nimis

Maretti
Lectio
LIB
25